

tatem essentia: Dauid quoque æternam filij generationem aperte insinuat, ex persona filij, dicens: Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. De hac generatione ineffabili Isaias ait: Generationem eius quis enarrabit? In libro quoque Sapientia: æternitas, filij cum patre monstratur, ubi sapientia, ita loquitur: Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquã faceret à principio, ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret. necdũ erant abyssi, & ego iã concepta eram: necdum fontes, necdum montes, aut colles, & ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, & cardines orbis terrarum: quando preparabat cœlos, aderam: quando appendebat fundamenta terre, cfi eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies ludens coram eo. Ecce apertũ de æterna genitura testimonium, quo ipsa sapientia perhibet se ante mundum cõceptam esse, & parturiri, id est, genitam esse, & apud patrem æternaliter existere. Ipsa etiam alibi ait: Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Michæas quoque Propheta æternam verbi generationem, & temporalem ex Maria, simul insinuat, dicens: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.

G

Specialia testimonia de spiritu sancto.

De spiritu sancto etiam expressa documenta in veteri testamento habemus. In Gene si enim legitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et Dauid dicit: *Quò ibo à spiritu tuo?* Et in libro Sapientia: dicitur: Spiritus sanctus disciplina: efugiet fictum: benignus est enim spiritus sapientia: Isaias quoque ait: Spiritus Domini super me.

Gene. 1. a

Psal. 138 b

Sapient. 1 b

Isaias 61. a

Lucæ 4.

H

De testimonijs noui testamenti.

Nunc verò post testimonia veteris testamenti, de fide Sanctæ Trinitatis, & vnitatis, ad noui testamenti autoritates accedamus, vt in medio duum animalium, id est, restamentorum, cognoscat veritas: & forcipe de altari sumatur calculus, quo tangatur ora fidelium. Dominus itaque Christus vnitatem diuinæ essentia:, ac personarum Trinitatem aperte insinuat, dicens Apostolis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. In nomine vtique ait, non in nominibus, vt Ambrosius ait, in primo libro de trinitate, vt vnitatis essentia: ostendatur. Per nomina tria, quæ supposit, tres esse personas declarauit. Ipse etiam ait: Ego, & pater vnũ sumus. Vnum dixit, vt ait Ambrosius in eodem libro, ne fiat discretio potestatis, & nature, & addidit, sumus: vt patrem filiumque cognoscat, scilicet, vt perfectus pater filium perfectum genuisse credatur: & quòd pater, & filius vnũ sint, non confusione personæ, sed vnitatis nature. Ioannes quoque in epistola canonica ait: Tres sunt qui testimonium perhibent in cœlo: pater, verbũ & spiritus sanctus, & hi tres vnũ sunt. Ipse etiam in initio Euãgelij sui ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Vbi aperte ostendit filium semper, & æternaliter fuisse apud patrem, vt alium apud alium. Apostolus quoque aperte Trinitatem distinguit, dicens: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Et alibi: Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum, habitat in vobis, &c. Item alibi Trinitatem, atque vnitatem euidentissimè commendat, dicens: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. ipsi gloria. Ex ipso ait, vt Augustinus in libro de Trinitate ait, propter patrem: per ipsum, dicit propter filium: in ipso, propter spiritum sanctum. Per hoc verò quòd nõ ait, ex ipsis, per ipsos, & in ipsis: nec ait, ipsis gloria, sed ipsi, insinuauit hanc Trinitatem vnũ Deum esse. Sed quia singulæ penè Syllabæ noui testamenti hanc ineffabilis, vnitatis, atque Trinitatis veritatem concorditer insinuant, inductioni testimoniorum super hac resupersedeamus: & rationibus, congruisque similitudinibus ita esse, prout inimitas nostra valet, ostendamus.

Habac. 3.

scdm 70.

Isaias 6. b.

Mat. 28. d

Ambrosii

cap. 1.

Ioan. 10. f

1. Ioh. 5. b

Ioan. 1. a

Gala. 4. a

Rom. 8. b

Rom. 11. d

Augu. de

Tri. lib. 2.

c. 6.

Expositio distinctionis secundæ, Libri Primi.

Summa d
finitio. 2.

Ostquam distinctione præhabita ostendit Magister, de quibus in hoc volumine, est agendum, puta de rebus, & signis, atque quædam sunt res quibus friendũ est, & quedam quibus vrendum: nunc prosequitur suum intentum, tractans in primis de vnitatis deitatis, &

& superfelicissima Trinitate, qua sola obiectiue fruẽdum est. Et breuiter transũdo, diuidit ista distinctione in quatuor partes. In prima probat vnitatem deitatis, seu diuinæ essentia: autoritate scripturarum veteris testamenti. In secunda, Trinitatem superflubinium personarum earundem testimonijs scripturarum. In tertia, & quarta partibus, simili ordine agit authoritatibus scripturarum Euãgelicæ legis. Docet quoque in primis, quàm reuerenter tractandum sit de ista materia: & quales consistere debeant, qui sapientia: huius altitudinem